

## Liber septimus

ues. Igitur isti angeli sunt contemplatiui et spirituales: qui sunt quasi homines celestes et angeli terrestres: hi ascendunt contemplando et descendunt se humiliando: et sic dicit Ambrosius. Qui vult per scalam ascendere: oportet quod manibus et pedibus se teneat manus opera pedes cogitationes et affectiones. Vel ut aliquid exponitur. Isti angeli sunt plati qui ascendunt per contemplationem: et descendunt per actionem. Vel angeli sunt predicatores qui quicquid dicit ascendere predicando sublimia: quicquid descendere predicando humilia. Sequitur motus tertius: quod dilataberis ad orientem. id est per orientem et occidentem occasum vitiorum ad meridiem per feruorem affectionum: ad septentriones siue aequilonem per expugnationem diabolicarum suggestionum. Tertio tangit contemplatiue vite fructus cum dicit dominus: Genesim xxviii. Terra in qua dormis tibi dabo. Terra est hec celestis patria est in qua crit perfecta quietas: secundum illud Psalmi. In pace in idipsum dormiamus. Et in hac terra debet caput nostrum. id est mens tamen in puluinarum se ponere ut quiescat a temporalium cura. Hanc dabit nobis deus si in ea per contemplationem et desiderium peregrinamur et quaeramus: Genesim xvii. Dabo tibi terram peregrinationis tue. Quia vero in predicto somnio dicitur quod iacob vidit innoxium scale dicentem sibi etc. Notandum est quod sic dicunt somniorum interpretes apparitio dicit in somniis potest habere variam expositionem vel significationem. Nam dominus per somnium aliqui appareret ut tacens: aliqui vero ut loquens: aliqui vero ut patiens. Quando igitur alicui per somnium dominus apparet ut tacens et nihil loquens: si ille qui hoc vidit peccator est: significat quod conuertetur ad deum: et finiet in penitentia dies suos. Si vero sit iustus et sanctus: significat quod glorie eius augmento apud deum proficiet: gaudium habiturus. Si vero talis qui hoc videt sit homo in potestate constitutus puta rex vel princeps: significat quod inueniet gaudium et victoriam de inimicis. Quicquid vero dominus per somnium apparet ut alicui loquens et tunc siue loquat aliquid pertinet ad futurorum promissionem sicut locutus est huius iacob: siue aliquid pertinet ad quaestionem: sicut aliquando loquitur peccatoribus: siue ad consolationem sicut aliquando loquitur iustis tribulatis et afflictionibus positus: vel alio quocumque modo loquat quicquid dicit tenendum est. Quandoque vero dominus in somniis apparet ut crucifixus vel imago ipsa crucifixi: et tunc ut

dicunt signat patientiam et victoriam in tribulationibus. Et si quis videat in somnio se ad rare imaginem domini nostri iesu christi aut osculetur aut deprecetur: si quidem rex est et ipse inueniet victoriam de inimicis et gaudium in gloria sua. Nam crux post crucifixionem maximas victorias designat et omnes calamitates amissiones. Quod si aliquid de populo videat: hic consequitur gaudium et per quod iterum lauerit obtinebit. Sed si solus videat imaginem christi absque cruce minus erit gaudium vel victoria. Et nota etiam hic de imaginibus quod ille que in somnio apparent sine auro ro significant eventum rex potiorum. Nam ille que apparent cum auro quandoque tribulationem portendunt. Hec dicunt somniorum interpretes: que ego referendo tantum non asserendo hic pono: an vera vel falsa sint factum me nescire. Dicit Aristoteles de somniis quod neque est eis totaliter credendum: neque totaliter discredendum. Et ideo euenientia somnium ut ipse dicit: neque idoneum est contemneri neque oportet ab eis facile persuaderi: precipue quod spiritus maledax plerumque in visioe somnio ut possit decipere hominem in somnio christi legit apparere. Sic enim beato Martino per exteriorum visionem sensibile in forma christi apparuit purpuratus quem tamen ille spiritum cognouit atque cognovit. In vitis quoque patrum refertur: quod monachus quidam auctens facta magna moysi cordis spiritus cepit et proferre christo: quod sequente nocte per somnium vidit moysen cum choro angelorum stantem in vestibus albis: christum vero nigris indutum vidit in choro hominum: propter quod insipiens monachus a fide christi desipuit et factus est iudeus.

Capitulum:

IX

### Opus christi

Sub sacramento assimilatur in libro quem vidit Jobes Apocalypsis v. Et inquit librum qui erat scriptus intus et foris signatum sigillis septem. Dicitur ei corpus christi liber intus scriptus: quod videlicet in se continet consolationes et suauitates notabile mirabiles. Et iterum scriptus foris: quod sacramentis visibilibus regitur. Signatum autem sigillis septem ponitur propter septem mirabilia que sunt ibi. Primum est quod fit de pane non mutat sed manens idem et ponitur a quibusdam exemplum: sic cognitio mea mediante voce fit tuam manens mea. Secundum est quod tanta magni